

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 7734

**Auteur(s) :** Robert de Moire [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Soligny-la-Trappe, Notre-Dame de La Trappe (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1253, juillet

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Robert de Moire se libère d'une rente de trente sous tournois et demi qu'il devait à l'abbaye de la Trappe moyennant la cession de trois pièces de terre et d'une rente de sept sous tournois qu'il fait à ladite abbaye.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Charencey Hyacinthe (Comte de), *Cartulaire de l'Abbaye de Notre-Dame de la Trappe*, publié d'après le manuscrit de la Bibliothèque Nationale, Alençon, Renaut de Broise (Société historique et archéologique de l'Orne), 1889, B. « De Eodem (= de redditibus denariorum in Corboneto et Francia) », n° XLII (« Carta Roberti de Moire »), p. 85-86.

Texte établi d'après a

Ego, Robertus de Moire, notum facio universis presentibus et futuris quod, cum ego tenerer abbati et conventui Domus Dei de Trappa annuatim in festo Omnium Sanctorum persolvere triginta solidos et dimidium turonensium de reddito sexaginta et unius solidorum turonensium quos eisdem quondam dederat defunctus Gervasius de Mont Rihart, ego, predictus Robertus, pro excambio triginta solidorum et dimidii redditus, dedi predictis abbati et conventui tres pecias terre, quarum una est juncta terre filii Renaudi de Boscheel ex una parte, et abotat inferius et superius duobus cheminis ducentibus de Noerio ad Molendinum de Cortleher et ad Symoneriam et est juncta terre Thome molendinarii ; altera pecia terre abotat beezio dicti molendini et chemino quo itur de dicto molendino apud Noerium et jungitur terre Dyonisii Sachet et includitur erga dictum cheminum quodam fossato predicto beezio aboutante ; tercia autem pecia terre juncta est ex una parte cuidam pecie terre predicti Thome molendinarii et ex altera parte terre domini Johannis de Moire, avunculi mei, et abotat a capite uno terre Dyonisii de Cortlehier et a capite alio campo de Roussel ; et septem solidos turonensium annui redditus quos reddebat michi predictus Thomas molendinarius pro herbergamento et terra quam tenebat de me juxta predictum molendinum ; tenenda et habenda, scilicet predictas pecias terre et predictum redditum septem solidorum, prenomatis abbati et conventui cum omni jure et dominio ac districtu que habebam et habere poteram quoquo modo et qualicumque ratione in omnibus supradictis, ab omnibus rebus et hominibus quibuscumque libera penitus et quieta. Quin omnia servicia et redibencias que debentur dominis meis quibuscumque de predictis omnibus ego et heredes mei post me facere tenemur et semper tenebimur super aliud dominium nostrum, quotienscumque evenerint facienda. Et si propter defectum garantizandi et tenendi, deffendendi et penitus liberandi omnia supradicta, aliqua dampna sustinuerint, vel sumptus et expensas fecerint predicti abbas et conventus in placito vel extra placitum, tenemur eisdem resarcire

et plenarie satisfacere de eisdem ad plenum dictum unius monachorum suorum, sine alia probatione facienda et sine aliquo sacramento. Et ut hoc maneat firmum, etc... Actum anno M° CC° L° III°, mense julii.